

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. VAL. MARTIALIS

Martialis, Marcus Valerius

AMSTELODAMI, 1628

Liber VIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-711](#)

M. V A L.

M A R T I A L I S

Epigrammatum

L I B E R V I I I .

Imp. Domitiano , Cæsari Augusto,
Germanico , Dacico , Mar-
tialis S.

O moes quidem libelli mei , Domine , quibus
in fanam , id est , vitam dedisti , tibi supplic-
cant : & puto , propter hoc leguntur. Hic san-
men , qui operis nostri octavus inscribitur , occasione
pietas frequentius fruitur. Minus itaque ingenio
laborandum fuit , in cuius locum materia successerat :
quam quidem subinde aliqua jocorum mixtura varia-
re tenivimus ; ne calesti verecundie tua laudes su-
as , qua facilius te fatigare possunt , quam nos satia-
re , omnis versus ingereat. Quamvis autem epigram-
mata severissimis quoque & suprema fortuna viris
ita scripta sint , ut mimicam verborum licetiam af-
fectasse videantur : ego tamen illis non permisi : aro-
lisive loqui , quam soleat : cum pars libri & maior
& melior ad majestatem sacri nominis sui allegata
sit , meminerit non nisi religiosa purificatione lustra-
tus accedere ad templum debere. Quod ut custodi itu-
rum me lecturi sciant , in ipso libelli hujus limine pro-
fici i brevissimo placuit epigrammae.

Laurigeros Domini liber intrature Penates ,
Disce verecundo sanctius ore loqui.
Nuda recede Venus : non est tuus iste libellus ,
Tu mihi tu Pallas Cæsariaua veni.

Ad Ianum. I.

F Astorum genitor patensque Ianus
F Victorem modo cum videret Litri ,
Tot vultus sibi non satis putavit ,
Optavirque oculos habere plures ,
Et lingua pariter locutus omni :
Terrarum domino , deoque rerum

166 M. V A L. M A R T I A L I S
Prōmisit Pyliam quater senectam.
Addas, Iane pater, tuam rogamus.

De suo epigrammatum scribendo-
rum studio. 2.

Quinque satis fuerant ; nam sex, septemve libelli.
Est nimium : quid adhuc ludere, Musa, juvat ?
Sit pudor, & finis. jam plus nihil addere nobis.
Fama potest : teritur noster ubique liber.
Et cum rupta situ Messallæ saxa jacebunt,
Alaque cum Licini marmora pulvis erunt :
Me tamen ora legent & secum plurimus hospes.
Ad patrias sedes carmina nostra feret.
Finieram ; cum sic respondit nona sororum,
Cui comā & unguento sordida vestis erat :
Tunc potes dulces, ingrate, relinquere bugas ?
Dic mihi, quid melius desidiosus ages ?
An iuvat ad tragicos foccum transferre cothurnos ?
Aspera vel paribus bella tonare modis ?
Prælegat ut tumidus rauca te voce magister,
Oderit & grandis virgo, bonusque puer.
Scribant ista graves nimium, nimiumque severi,
Quos media miseros nocte lucerna vider :
At tu Romano lepidos sale tinge libellos ;
Agnoscat mores vita legatque suos.
Angusta cantare licet videaris av ena,
Dum tua multorum vincat avena tubas.

Ad Germanicum. 3.

Quantus, io, Latias mundi conventus ad aras
Suscepit, & solvit pro Duce vota suo ! (tum,
Nam non hæc hominum, Germanice, gaudia tan-
Sed faciunt ipsi nunc , puto , sacra dei.

Ad Macrum. 4.

Dum donas, Macer, annulos puellis ;
Desūti, Macer, annulos habere.

In Euctum. 5.

Archetypis vetuli nihil est odiosius Eucti,
Ficta Saguntino cymbia malo luto.
Argenti furiosa sui cum stemmata narrat
Garrulus, & verbis mucida vina facit.
Laomedonreæ fuerant hæc pocula mensæ :
Verset ut hæc, mutos struxit Apollo lyra.

Hoc

EPIGRAMMAT. LIB. VIII. 167

Hoc craterem ferox commisi; prælia Rhœcus
Cum Lapithis; pugna debile cernis opus.
Hi duo longevo censentur Nestore fundi:
Pollice de Pylio tri tra columba nitet.
Hic scyphus est, in quo misceri jussit amicis.
Largius AEacides vividiusque merum.
Hac propinavit Bytiae pulcherrima Dido
In patera, Phrygio cum data coena viro est.
Miratus fueris cum prisca toremata multum.
In Priami calathis Astyanacta bibes.

In Cinnam. 6.

Hoc agere est cauſas, hoc dicere, Cinna, diserte,
Horis, Cinna, decem dicere verba novem?
Sed modo clepsydras ingenti voce peristi
Quatuor: o quantum, Cinna, tacere potes?

Ad Ianum. de reditu Caſa-
ris. 7.

Principium des, Iane, licet velocibus annis,
Et revoces vultu ſecula longa tuo:
Te primum pia thura roget, te vota falutent:
Purpura te felix, te colat omnis honos:
Tu tamen hoc mayis, Latiae quod contigit urbi,
Mense tuo Reducem, Iane, videre Deum.

Ad Quintum, de Hy-
la. 8.

Solvere doryantei nuper tibi, Quinte, volebat
Lippus Hylas: luscus vult dare dimidium.
Accipe quamprimum: brevis est occasio lucri.
Si fuerit cæcus, nil tibi ſolvet Hylas.

De Baſſo. 9.

Emit lacernas millibus decem Baſſus
Tyrias coloris optimi. luxifecit.
Adeo bene emit? inquis. immo non ſolvit.

Ad Caſarem. 10.

Pervenisse tuam jam te ſcit Rhenus in urbem:
Nam populi voces audit &c ille tui.
Sarmaticas etiam gentes, Iſtrumque, Getasque
Laetitia clamor terruit ipſe novæ.
Dum te longa ſacro venerantur gaudia Circo,
Nemo quater millos currere lenſit equos.

263 M. VAL. MARTIALIS
Nullum Roma ducem, nec te sic, Cæsar, amavit:
Te quoque jam non plus, ut velit ipsa, potest.

Ad Priscum. 11.

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo fit, Prisca, marito:
Non aliter hunc foemina virque pares.

Ad Gargilianum. 12.

Morio dictus erat, viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane: sapit.

In crudelem amicum. 13.

Pallida ne Cilicum timeant ponaria brumam,
Mordeat & tenerum fortior aura nemus;
Hibernis objecta notis specularia putos
Admittunt soles, & sine sole diem.
At mihi cella datur non rotæ clusa fenestra,
In qua nec Boreas ipse manere velit.
Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

Ad Cæsarem. 14.

Dum nova Pannonicæ numeratur gloria belli,
Omnis & ad Reducem dum litat ara Jovem;
Dat populus, dat gratus eques, dat thura senatus,
Et ditant Latias tertia dona tribus;
Hos quoque secretos memorabit Roma triūphos,
Nec minor ita tuæ laurea pacis erit,
Quod tibi de sancta credis pietate tuorum.
Principis est virtus maxima, nosse suos.

In Ciperum. 15.

Pistor qui fueras diu, Cipere,
Nunc caussas agis, & ducenta queris:
Sed consumis, & usque mutuaris.
A pistore, Cipere, non recedis;
Et panem facis, & facis farinant.

Ad Sextum. 16.

Egi, Sexte, tuam pactus duo millia caussam.
Misisti nummos quos mihi? mille. quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te perdita causa est:
Taato plus debes, Sexte, quod erubui.

Ad

Ad Cirinium. 17.

Si tua, Cirini, promas epigrammata vulgo,
 Vel mecum possis, vel prior ipse legi :
 Sed tibi tantus inest veteris respectus amici,
 Carior ut mea sit, quam tua fama tibi.
 Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci,
 Pindaricos posset cum superare modos .
 Et Vario cessit Romani laude cothurni ,
 Cum posset tragicò fortius ore loqui.
 Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus :
 Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

De Cinna. 18.

Pauper videri Cinna vult, & est pauper.

Ad Varum. 19.

Cum facias versus nulla non luce ducenos ,
 Vare, nihil recitas , non sapis, atque sapis.

In adventum Casaris. 20.

Phosphore, redde diē. quid gaudia nostra moraris?
 Cælare venturo, Phospore, redde diem.
 Roma rogat. placidi numquid te pigra Bootæ
 Plausta vehunt, lento quod nimis igne venis ?
 Ledæo poteras abducere Cyllaron astro.
 Ipse suo cedet nunc tibi Castor equo.
 Quid cupidum Titana tenes? jam Xanthus &
 Aethon.
 Frena volunt, vigilat Memnonis alma parens.
 Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,
 Et cupit Ausonium Luna videre Ducem.
 Jam, Cæfar, vel nocte veni: stent astra licebit,
 Non deerit populo te veniente dies.

In Gallicum. 21.

Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum.
 Hybrida sim, si das, Gallice, verba mihi.

Ad Rusticum. 22.

Esse tibi videor sœvus, nimiumque gulosus,
 Qui propter coenam, Rustice, cædo cocum ?
 Si levis ista tibi flagrorum causa videtur,
 Ex qua vis causa vapulet ergo cocus ?

Ad Cæsarem. 23.

Si quid forte petam timido gracilique libello,
Improba non fuerit si mea charta : dato
Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari,
Offendunt nunquam thura precesque Iovem.
Qui singit' sacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille deos : qui rogat, ille facit.

In Oppianum. 24.

Vidisti semel, Oppiane tantum
Ægrum me male : sœpe te videbo.

Ad Germanicum Cæsarem. 25.

Non tot in Eois timuit Gangeticus arvis
Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo,
Quot tua Roma novas vidit, Germanice, tigres :
Delicias potuit nec numerare suas.
Vincit Erythræos tua, Cæsar, arena triumphos,
Et victoris opes divitiasque dei.
Nam cum captivos ageret sub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

Ad Gauyrum. 26.

Manera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique,
Si sapis, &c sentis, hic tibi ait morere.

De toga sibi à Parthenio donata. 27.

Dic toga, facundi gratum mihi munus amici,
Eſe velis cuius fama decusque gregis ?
Appula Ledæi tibi fioruit herba Phalanti,
Qua saturat Calabris culta Galesus aquis ?
An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi,
Bæris in Hesperia te quoque lavit ove ?
An tua multifidum numeravit lana Timavum,
Quem pius astrifero Cyllarus ore bibit ?
Te nec Amyclæo decuit livere veneno :
Nec Milerus erat vellere digna tuo.
Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor, Paphiaque columbae ;
Cedet Erythræis eruta gemma vadis.

Sed

Sed licet hæc primis nivibus sint æmula dona,
Non sunt Parthenio candidiora suo.
Non ego prætulerim Babylonica piæta superbe
Tecta, Semiramia quæ variantur acu.
Non Athamanteo potius me mirer in auro.
AEolium donec si mihi Phrixæ pecus.
O quantos risus pariter spectata movebit
Cum Pallatin a nostra lacerna toga !

De distichis. 28.

Disticha qui scribit, puto, vult brevitate placere.
Quid prodest brevitas, dic mihi, si liber est ?

De spectaculo Scævola. 29.

Qui nunc Cæsareæ lusus spectatur arenæ,
Temporibus Brutii gloria summa fuit.
Adspicis, ut teneat flammæ, penaque fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus !
Ipse sui spectator adest, & nobile dextræ
Funus amat, totis pascitur illa sacris :
Quod nisi rapta foret nolenti poena, parabat
Sævior in lassos ire sinistra focos.
Scire piger, post tale decus, quid fecerit ante :
Quam vidi, satis est hanc mihi nosse manum.

In Dentonem. 30.

Nescio quid de te non belle, Dento, fateris,
Conjuge qui ducta jura pateina petis.
Sed jam supplicibus Dominum lassare libelli.
Define, & in patriam serus ab urbe redi.
Nam dum tu longe deserta uxore diuque
Ties quæris natos, quattuor invenies.

De columba Aretulla. 31.

Aera per tacitum delapsa sedentis in ipsos.
Fluxit Aretullæ blanda columba sinus.
Lusserat hoc casus, nisi inobservata manerer,
Permissaque diu nollet abire fuga.
Si meliora piæ fas est sperare forori,
Et dominum mundi flectere vota valent :
Hæc à Sardois tibi forsitan exsulis oris,
Fratre reversuro, nuncia vgnit avis.

Act

*Ad Paullum super missa
phiala. 32.*

De prætoricia folium mihi, Paule, corona
Mirtis, & hoc phialæ nomen habere jubes.
Hæ fuerat nuper nebula tibi pegma perundum,
Pallida quam rubri diluit unda croci.
An magis astuti derasa est ungue ministri
Bractea de fulcro (quod reor esse) tuo?
Illa potest culicem longe sentire volantem,
Et minimi penna papilionis agi.
Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ,
Et leviter fuso rumpitur ista mero.
Hoc linitur sputo Iani caryota Kalendis,
Quam fert cum parvo sordidus aile cliens.
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo:
Plena magis nimio lilia sole cadunt.
Nec vaga tam tenui discursat aranea tela.
Tani leve nec bombyx pendulus urget opus.
Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ:
Crassior offendæ bulla tumescit aquæ.
Fortior & tortos servat vesica capillos,
Et mutat Latias spuma Barava comas.
Hac cute Ledæo vestitur pullus in ovo:
Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere posses,
Mittere cum posses vel cochlearum mihi? (posses,
Magna nimis loquitur, cochleam cum mittere
Denique cum posses mittere, Paule, nihil.)

In Iactatorem. 33.

Archetypum Myos argentum te dicas habere.
Quod sine te factum est, hoc magis archerypum
est.

In pessimos conuges. 34.

Cum sitis similes paresque vita,
Vxor pessima, pessimus maritus:
Miror, non bene convenire vobis.

Ad Augustum Casarem. 35.

Regia pyramidum, Cæsar, miracula ride.
Iam tacet Eoum barbara Memphis opus.
Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ;
Clarius in toto nil videt orbe dies.

Septenos

Septenos pariter credas astigere montes :

Thessalicum brevior Pelion Offa tulit.

Aethera sic intrat, nitidis ut conditus astris.

Inferiore tonet nube serenus avex.

Et prius arcano satietur lumine Phœbi

Nascentis Circe quam videt ora patris.

Hæc, Auguste, tamen, quæ vertice fidera pulsar,

Par dominus est coelo, sed minor est domino.

Ad Polycarmum. 36.

Quod Cajetano reddis, Polycarme, tabellas,

Millia te centum num tribuisse putas ? (las.

Debuit hæc, inquis : tibi habe, Polycarme, tabella

Et Cajetano millia crede duo.

Ad Meliorem. 37.

Qui præstat pietate pertinaci

Sensuro bona liberalitatis,

Captet forsan, aut vicem reposcat :

At si quis dare nomini reliquo

Post Manes tumulumque perseverat,

Quærit quid nisi parcus dolere ?

Refert sis bonus, an velis videri.

Præstas hoc, Melior, sciente fama,

Qui sollennibus anxius sepulti

Nomen non finis interire Blæsi ;

Et de munifica profusus arca

Ad natalicium diem colendum,

Scribarum memori piæque turbæ

Quod donas, facis ipse Blæstanum.

Hoc longum tibi vita dum manebit,

Hoc & post cineres erit tributum.

Ad Germanicum. 38.

Qui Pallatinæ caperet convivia mensæ,

Ambrofiasque dapes, non erat ante locus.

Hic hauirire decet sacrum, Germanice, nectæ,

Et Ganymedea pocula mixta manu.

Eis velis, oro, serus conviva Tonantis,

At tu si properas Iupiter, ipse veni.

Ad Priapum. 39.

Non horti, neque palmitis beati,

Sed rari nemoris, Priape, custos,

Ex quo natus es & potes renasci,

Furaces, moneo, manus repellas.

174 M. V A L. M A R T I A L I S
Et silvam domini foci reserves.
Si defecerit hæc , & ipse lignum es.

Ad Faustinum, de Athenagora. 40.

Tristis Athenagoras non misit munera nobis.
Quæ medio brumæ mittere mense solet.
An sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo :
Me certe tristem fecit Athenagoras.

Ad Mathonem. 41.
Si tē sportula major ad beatos
Non corruperit , ut solet : licebit
De nostro , Matho , centies laveris.

In Fabium & Chrestillam. 42.

Effert uxores Fabius, Chrestilla maritos,
Funereumque toris quassat uterque facem.
Victores committit Venus : quos iste mangabit
Exitus , una duos ut Libitina ferat.

Ad Titulum. 43.

Titulle, moneo, vive semper : hoc serum est :
Sub paedagogo cooperis licer, serum est.
At tu, miser Titulle, nec senex vivis :
Sed omne limen conteris salutator,
Et mane fudas urbis osculis udus,
Foroque triplici sparsus ante equos omnes
AEdemque Martis, & Coloslos Augusti,
Curris per omnes tertiasque, quintasque.
Rape, congere, aufer, polside : relinquendum est.
Superba densis arca palleat numinis,
Centum explicentur paginæ Kalendarum :
Iurabit heres , te nihil reliquisse,
Supraque pluteum te jacente, vel saxum,
Fartus papyro dum tibi torus crescit,
Flentes superbus basiabit eunuchos :
Tuoque tristis filius , velis nolis,
Cum concubino nocte dormiet priua,

Ad Flaccum, de reditu Prisci

Terentii. 44.

Priscus ab Aernæis mihi, Flacce, Terentius oris

Redditur : hanc lucem lactea gemma notet.

Defluat, & lento splendescat turbida lino

Amphora centeno consule facta minor.

Continget nox quando meis tani candida mensis ?

Tani justo dabitur quando calere mero ?

Cum te, Flacce, mihi reddet Cythereia Cypros,

Luxuriae siet tam bona caussa meæ.

Ad Cestum puerum. 45.

Quanta tua est, probitas, quanta est infantia for-

Ceste puer, pueri castior Hippolyto ! (mæ,

Te secum Diana velit, Dorosque natare :

Te Cybele totum mallet habere Phryga.

Tu Ganymedeo poteras succedere lecto,

Sed durus domino basia sola dares :

Felix quæ tenerum vexabit sponsa maritum,

Et quæ te faciet prima puella virum !

In variè se tondentem. 46.

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est ?

Pars valsa est : unum quis putet esse caput ?

De abolla Crispini. 47.

Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam,

Dum mutat cultus, induiturque togam.

Quisquis habes, humeris sua munera redde, pre-
camur :

Non hoc Crispinus, te sed abolla rogat.

Non quicunque capit saturatas murice vestes ;

Nec nisi deliciis convenit iste color.

Si te præda juvat foedique insania lucri,

Quæ postis melius fallere, sume togam.

De Aspro. 48.

Formosam plane, sed cæcus, diligit Asper.

Plus ergo, ut res est, quam videt Asper ~~mat.~~*Ad Casarem. 49.*

Quanta Gigantei memoratur mensa triumphi,

Quantaque nox superix omnibus illa fuit ;

Qn

296. M. V A L. M A R T I A L I S
Qua bonus accubuit genitor cum plebe deorum,
Et licuit Faunis poscere vina Iovem :
Tanta tuas, Cæsar, celebrant convivia laurus ;
Exhilarant ipsos gaudia nostra deos.
Vescitur omnis eques tecum, populusque, patres-
que.
Et capit ambrosias cum duce Roma dapes.
Grandia pollicitus, quanto majora dedisti !
Promissa est nobis sportula, recta data est.

De Instantis Rufi phiala. 50.

Quis labor in phiala ? docti Myos,anne Myronis ?
Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua ?
Livescit nulla caligine fusca, nec odit
Exploratores nubila massa focos.
Vera minus flavo radiant electra metallo ;
Et niveum felix pustula vincit ebur.
Materiæ non cedit opus : sic alligat orbem.
Plurima cum tota lampade Luna nitet.
Stat caper Aeolio Thebani vellere Phrixo
Cultus : ab hoc mallet vecta fuisse soror.
Hunc nec Cinyphius tonsor violaverit, & tu
Ipse tua paci vite Lyæe velis.
Terga premit pecoris geminis Amor aureus alis,
Palladius tenero lotos ab ore sonat.
Sic Methymnæo gavisus Arione delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.
Imbuat egregium digno mihi nectare munus.
Non grege de domini, sed tua Ceste manus,
Ceste decus mensæ ; misce Setina : videtur
Ipse puer nobis , ipse fitire caper.
Det numerum cyathis Instanti littera Rufi :
Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Telethusa venit , promissaque gaudia portat :
Servabor dominæ, Rufe, triente tuo.
Si dubia est, septunce trahar : si fallit amantem,
Ut jugulem curas , nomen utrumque bibam.

Ad Cedicianum. 51.

Tonsorem puerum, sed arte tales,
Qualis nec Thalamus fuit Neronis,
Drusorum cui contigere barbæ,
Aequandas semel in genas rogatus,
Rufe, Ceditanæ, commodavi.
Dum jussus repetit pilos eos dem,

Ceditanæ

EPIGRAMM. LIB. VIII.

Censura speculi manum regente ;
Expingitque cutem ; facitque longam .
Detonis epaphæfim capillis ;
Barbatus mihi tonsor est reversus .

In Catullam. 52.

Formosissima quæ fuere, vel sunt,
Sed vilissima quæ fuere, vel sunt.
O quam te fieri , Catulla , vellēm ,
Formosam minus, aut magis pudicam ?

Ad Cæsarem. 53.

Magna licet toties tribuas, majora daturus
Dona, ducum vñctor, vñctor & ipse tui :
Diligeris populo non propter præmia, Cæsar ;
Propter te populus præmia, Cæsar, amat.

Ad Germanicum, de leone. 54.

Auditus quantum Massyla per avia murmur,
In numero quoties filva leone furit :
Pallidus attonitus ad Poena mapalia pastor
Cum revocat tauros, & sine mente pecus :
Tantus in Aufonia fremuit modo terror arena.
Quis non esse gregem crederet ? unus erat.
Sed cuius tremerent ipfi quoque jura leones ,
Cui diadema daret marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus , quem sparsit hono-
Aurea lunatae cum stetit unda jubæ ! (rem)
Grandia quam decuit latum venabula pectus,
Quantaque de magna gaudia morte tulit ?
Vnde tuis, Libye, tam felix gloria filvis ?
A Cybeles numquid venerat ille jugis ?
An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro
Hanc tibi vel frater, vel pater ipse, feraui .

Ad Flaccum. 55.

Temporibus nostris ætas cum cedat avorum ,
Crèverit & major cum duce Roma suo :
Ingenium sacri miraris abesse Maronis .
Nec quemquam tanta bella sonare tuba :
Sint Mæcenates, non deerunt , Flacce, Marones ;
Virgiliumque ribi vel tua rura q̄dunt.
Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ ,
Flebat & abductas Tityrus æger oves :

173 M. VAL. MARTIALIS

Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri jussit abire fugâ.
Accipe divitias, & vatum maximus esto,
Tu licet & nostram, dixit, Alexin ames.
Adstabat domini mensis pulcherrimus ille,
Marmoreâ fundens nigra Falernâ manu;
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quæ poterant ipsum sollicitare Iovem.
Excidit attonito pinguis Galathea Poëtæ,
Thestylis & rubras messibus usta genas:
Protinus Italianam concepit, & ARMA VIRVMQ;
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.
Quid Varos, Marsosque loquar, ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ero Virgilius, si munera Mæcenatis
Des mihi? Virgilius non ero, Marsus ero.

De Picente. 56.

Treis habuit dentes, pariter quos exspuit omnes,
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum,
Collegitque finu fragmenta novissima laxi
Oris, & aggestâ contumulavit humo.
Offa licet quondam defuncti non legat heres:
Hoc sibi jam Picens præstirit officium.

In Artemidorum. 57.

Cum tibi tam crassæ sint, Artemidore, lacernæ,
Possim te Sagarim jure vocare meum.

In furem luscum. 58.

Adspicis hunc uno contemptum lumine, cuius
Lippa sub attritâ fronte lacuna patet?
Ne contemne caput; nihil est furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piperata manus.
Hunc tu convivam cautus servare memento:
Tunc furit, atque oculo Iucus utroque videt.
Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri,
Et latet in tepido plurima mapra finu.
Lapsa nec à cubito subducere pallia nescit,
Et rectus lenis sœpe duabus abit:
Nec dormitantem vernam fraudare lacernâ
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil invasit; puerum tunc arte dolosâ
Circuit, & soleas surripit ipse suas.

In Claudiam. 59.

Summa Palatini poteras æquare Colosſi,
Si fieres brevior, Claudio, sesquipedem.

Ad Severum, de Charino. 60.

Livet Charinus, rumpitur, furit, plorat,
Et querit altos, unde pendeat, ramos.
Non jam quod orbe cantor & legor toto,
Nec umbilicis quod decorus & cedro
Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus æstivum,
Vehimurque mulis, non ut ante, conductis.
Quid intrecabor, & Severe, liventi?
Hoc opto: mulas habeat, & suburbanum.

De Picente. 61.

Scribit in aversa Picens epigrammata chaita;
Et dolet, aversa quod facit illa deo.

De Aulo. 62.

Thestylō Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin;
Forsitan & nostrum sic Hyacinthon amat.
Iunx, & dubita, vates an diligit ipsos,
Delicias vatum cum meus Aulus amer.

In Clytum. 63.

Vt poscas, Clyte, munus exigasque
Vno nasceris octies in anno;
Et solas puto, treisve, quatuorve
Non natalicias habes Kalendas.
Sit vultus tibi levior licebit
Tritis littoris aridi lapillis;
Sit moro coma nigrior caducol;
Vincas mollitie tremente plumas;
Aut maffam modo lactis alligati;
Et talis tumor exciter papillas,
Quales cruda viro puella servat:
Tu nobis, Clyte, jam senex, videbis.
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priamive, Neitorisve?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quod si ludis adhuc, semelque nasci
Vno jam tibi non sat est in anno;
Natum te, Clyte, nec senel putabo.

Ad Germanicum. 64.

Hic ubi Fortunæ Reducis fulgentia late
 Templa nitent, felix area nuper erat,
 Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli
 Porpureum fundens Cæsar ab ore jubat.
 Hic lauro redimita eomas, & candida cultu
 Roma salutavit voce manuque Ducem.
 Grande loci meritum testantur & altera dona:
 Stat sacer & domitis gentibus arcus ovat.
 Hic gemini currus numerant elephanta frequen-
 Sufficit immenis aurens ipse jugis. (tem:
 Hæc est digna tuis, Germanice, porta triumphis:
 Hos aditus urbem Martis habere decet.

De Sili consulatu. 65.

Augusto pia thura, victimasque
 Pro nostro date Silio Camoenæ.
 Bis senos jubet en redire fasces
 Nato consule, nobilique virgâ
 Vatis Caltaianum domum sonare.
 Rerum prima salus & unâ Cæsar,
 Gaudenti supereft adhuc quod optet
 Felix purpura, tertiusque consul.
 Pompejo dederit licer senatus,
 Et Cæsar genero sacros honores:
 Quorum pacificus ter ampliavit
 Janus nomina, Silius frequentes
 Mavult sic numerare consulatus.

In Cæcilianum. 66.

Horas quinque puer nondum tibi nanciat, & tu
 Iam conviva mihi, Cæciliane, venis.
 Cum modo distulerint raucae vadimonia quartæ,
 Et Flora'icias lasset arena feras;
 Curre, age, & illoræ revoca, Calliste, ministros:
 Sternantur lecti, Cæciliane, sede.
 Caldam poscis aquam, nondum mihi frigida venit
 Alget adhuc nudo clusa culina foco.
 Mâne veni potius: nam cur te quinta moratur?
 Ut jentes; sexo, Cæciliane, venis.

Ad Entellum. 67.

Qui Corcyrae vidit pomaria regis,
 Rus, Entelle, tue præferat ille domus.

Invida purpureos urat ne bruma racemos,
 Et gelidum Bacchi munera frigus edat;
 Condita perspicua vivit vindemia geminia,
 Et tegitur felix nec tamen uva latet.
 Fœminum lucet sic per bombycina corpus;
 Calculus in nitida sic numeratur aqua.
 Quid non ingenio voluit natura licere?
 Autumnum sterilis ferre jubetur hyems.

In Vacerram. 68.

Miraris veteres, Vacerra, solos,
 Nec laudas nisi mortuos poetas.
 Ignoscas petimus, Vacerra: tanti
 Non est, ut placeam tibi, ferire.

De Nerva. 69.

Quanta quies, placidi tanta est facundia Nervæ;
 Sed cohiber vires ingeniumque pudor.
 Cum siccare sacrata largo permessida posset
 Ore, verecundam maluit esse fitim:
 Pieram tenui frontem redimire corona
 Contentus, famæ nec dare vela suæ.
 Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullū,
 Carmina qui docti nota Neronis habet.

In Postumianum. 70.

Quattuor argenti libras mihi tempore brumæ:
 Misisti ante annos, Postumiane, decem.
 Speranti plures (nam stare, aut crescere debent
 Munera) venerunt plusve minusve duæ.
 Tertius & quartus multo inferiora tulerunt.
 Libra fuit quinæ Septiciana: quid est?
 Beffaleim ad scutulam sexto pervenimus anno.
 Post hunc in cotulâ rosa selibra data est.
 Octavus ligulam misit sextante minorem:
 Nonus acu levius vix cochleare tulit.
 Quod mittat nobis decimus jam non habet annus
 Quatuor ad libras, Postumiane, redi.

Librum suum Arтанo mittit. 71.

Nondum murice cultus, asperoque
 Morsu pumicis aridi politus,
 Arтанum properas sequi, libelle:
 Quem pulcherrima jam redire Narbo,

152. M. V A L. M A R T I A L I S

Docti Narbo, Paterna Votieni,
Ad leges jubet, annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille, & hic amicus.
Quam velle me fieri meus libellus!

Ad Instantium. 72.

Instanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec niveâ simplicitate prior:
Si dare vis nostræ vires animosque Thaliæ,
Et victura petis carmina; da, quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti:
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli;
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.
Non me Peligni, nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mibi, si quis Alexis exit.

In malum medicum. 73.

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante,
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

De Gallo Lingono, ad Lucanum. 74.

Duim repétit serâ conductos nocte Penates,
Lingonus à Tecta Flaminiaque recens;
Expulit offenso vitiatum pollice talum,
Et jacuit toto corpore fusus humili.
Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret?
Ingenti domino servulus unus erat,
Tam macer, ut minimam posset vix ferre lacernâ:
Succurrit misero casus, opemque tulit.
Quattuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos comes invalidus submissa voce precatur,
Ut quocunque velint corpus inane ferant.
Permutatur onus; stiparaque tollitur alte
Grandis in angusta farcina sandapila.
Hic mihi de muliis unus, Lucane, videtur;
Cui merito dici, mortue Galle, potest.

In Gallicum. 75.

Dic verum mihi, Marce, dic amabo:
Nil est, quod magis audiam libenter:
Sic & cum recitas tuos libellos,
Et caussam quoties agis clientis,
Oras, Gallice, me rogasque semper,

Durum

Durum est me tibi, quod petis, negare.

Vero verius ergo quid sit, audi:

Verum, Gallice, non libenter audis.

Ad Liberum, 76.

Liber, amicorum dulcissima cura tuorum;
 Liber, in æterna viveat digne rosa.
 Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo
 Splendeat, & cingant florea ferta caput.
 Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno,
 Et caleat blando mollis amore torus.
 Qui sic vel medio finitus vixit in ævo,
 Longior huic facta est, quam data vita fuit.

De ludis Stella ad Cæsarem. 77.

Quos cuperet Phlegræa tuos victoria ludos,
 Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos:
 Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi:
 O pudor! ô pietas! & putat esse parum.
 Non illi satis est turbato sordidus auro
 Hermus, & Hesperio qui sonat orbe Tagus.
 Omnis habet sua dona dies, nec linea dives
 Cessat; & in populum multa rapina cadit.
 Nunc veniens subitis lasciva numisimata nimbis,
 Nunc dat spectatas tessera larga feras.
 Nunc implere finis securos gaudet, & absens
 Sortitur dominos, ne laceretur, avis.
 Quid numerem curras, ter denaq; præmia palinæ,
 Quæ dare non semper consul uterque solet?
 Omnia sed, Cæsar, tanto superantur honore,
 Quod spectatorem te tua laurus habet.

In Fabullam. 78.

Omnes aut vetulas habes amicas,
 Aut turpes, vetulisque foediores:
 Has ducis comites, trahisque tecum
 Per convivia, porticus, theatra.
 Sic formosa, Fabulla; sic puella es.

Ad Cæsarem Augustum. 79.

Sanctorum nobis miracula reddis avorum,
 Nec pateris, Cæsar, sæcula cana mori:
 Cum veteres Latiae ritus renovantur arenæ,
 Et pugnet virtus simpliciore manu.
 Sic præcis servatur honos te præside templis,
 Et casa tam culto sub Iovē nomen haber.

Sic nova dum condis, revocas, Auguste, priora;
Debentur quæ sunt, quæque fuere, tibi.

De Gellia ad Papirianum. 80.

Non per myltica sacra Dindymenes,
Nee per Niliacæ bovem juvencæ,
Nullos denique per deos deasque
Jurat Gellia; sed per uniones.
Hos amplectitur, hos perosculatur:
Hos fratres vocat, hos vocat sorores:
Hos natis amat acrius duobus.
His si quo careat misella casu,
Victuram negat esse se nec horam,
Eheu, quam bene nunc, Papiriane,
Anæci faceret manus Sereni!

Ad Augustum. 81.

Dante tibi turba querulos, Auguste, libellos,
Nos quoq; quod Domino carmina parva damus;
Posse Deum rebus pariter Musisque vacare;
Scimus; & hæc etiam ferta placere tibi.
Fer vates, Auguste, tuos: nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior, deliciæque sumus.
Non querens te sola decet, nec laurea Phœbī:
Fiat & ex edera civica nostra tibi.

M. V A L.

M A R T I A L I S

L I B E R I X.

Epigrammatum.

Ad Avitum.

Note, licet non vis, sublimi pectori vates,
Cui referet serus præmia digna cinis,
Hoc tibi sub nostra breve carmen imagine vivat,
Quam non obscuris jungis, Avite, viris.
Ille ego sum nulli angarum laude secundus,
Quem non miraris, sed, puto, letor, amas.
Majora majora sonent: mihi parva locuto
Sufficit in vestras saxe redire manus.

Mar.